

Nr. 238
181

Einführung
wurde von namen der
Verstorbene!

199

MEMORIAE
REVERENDISSIMI & PERILLISTRIS DOMINI,
D O M I N I
N I C O L A I E R N E S T I
A P L A T E N,

SERENISSIMO BORUSSIAE REGI A CONSILIIS IN-
TIMIS & SUPREMI DUCATUS MAGDEBURGICI
DICASTERII CONSILIARIIS,
CANONICI ECCLESIARUM MAGDEBURGEN-
SIS & HAVELBERGENSIS CATHEDRALIUM
& HUIUS QUIDEM SENIORIS,
TOPARCHÆ DOEMMERTINENSIS, FRIDEBURG.
BOENNICKENBECK &c.

DIE XIII. AUGUSTI ANNI MDCCXXXIII.

PIE DEFUNCTI,

IN EXEQVIARVM SOLEMNIBVS

DIE XXVIII. Ianvarii anni MDCCXXXIII.

SACRVM HOC,

No. 238

QVICQVID EST ACERBE LVGENS

POSVIT

CHRISTIANVS MULLER,

GYMNASII MAVRITIANI MAGDEBURGENSIS RECTOR.

MAGDEBURGI,

LITERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI, TYPOGR. PRIVIL.



Q

uale in altos tendere nubium,
Tractus iuentae vis aquilas docet,
Qualesque sublimi volatu
Cernimus, egregioque nisu

Ferri per auras: TE quoque viuidus
PLATENE, magnæ stirpis ad indolem
Lætum tulit per summa quæuis
Impetus ex ineuntis æui

Annis: sed hanc vim protulit insitam
Doctrina primum sub penetralibus
Magni Parentis: mox & vltra
Illiis auspiciis petisti.

Quæcunque ducunt ad sapientiam
In hisce nostris, ac regionibus.
Longe remotis, in Britannis
Ac Batauis, aliisque terris.

Hinc rettulisti quicquid ibi boni
Fuit repertum in gentibus exteris,
Prudentiam moresque sanitos,
De decore ac vitiis relictis.

Hac arte nixus dignus honoribus
Summis fuisti, quos juuenis quoque
Es consecutus, factus atque
Commodus omnibus ac benignus.

Multis bonis hinc flebilis occidis,
PLATENE, multo sed VENERABILI
SENI, PARENTI, CONIUGI que
Et SOBOLI, Generosæ & omni.

STIRPI TUÆ quam flebilior cadis
Desideranti TE modo Filium,
Virtutibus magni Parentis
Æmulum, & huic meritis futurum

Quondam parem, spemque, atque Decus Domus
Illustris ingens & columnen TUÆ,
Et dulce lenimen senectæ
Nestoreos, superantis annos.

Et chara CONIUX plorat amabilem
Raptum Maritum se viduam toro
Moerore confectam jacere.
Flebilibusque modis ciere.

Frustra Maritum tam sibita SIBI
Heu morte ademptum tam miserabili,
Proli Parentem, exemplar atque
Præsidium Soboli futurum

Illustris omnis stirps velut Hesperum
Inter nitentem splendita fidera
Deplorat extinctum, clientes
TE Dominum, atque cent Patronum,

Quando futurum post similem TUI.
Quin & quibus nec spes aditus fuit
Ad gratiam tantam, dolore
Et gemitu exequias celebrant.

Humanitatem præmia scilicet
Clementiam & post fata manent ea.
Maiora longe sed daturus
Est DEUS huic animo beato.

Diuina sic post tristia funera
Virtus probis in peccatoribus solet
Mortalium per tempus omne
Viuere, non moritura proffus.

Honos eidem in coelicolum choro
Coram supremo Numine permanet
Illustrior multo piorum in
Sedibus huic erit usque splendor.

In quo Corusci sideris emicat
Instar Beati PLATIADÆ Decus,
Terrena contemnentis alto
Cuncta supercilios caduca

Huc, huc, querelis post habitis quoque
Tendamus omnes, si sapimus, pios
Huc antecedentes sequamur,
Æthereasque domos petamus.

PLATENIORUM TU, DEUS optime
Serues in orbe hoc perpetuo Decus
Stirpemque, feri quo sequantur
HUNCce PARENTES, SOBOLES, & UXOR.



ALVENSLEBEN
Ni
238

MEMORIAE MI & PERILLISTRIS DOMINI, OMINI AIERNESTI LATEN,

RUSSIAE REGI A CONSILIIS IN-
II DUCATUS MAGDEBURGICI
TERII CONSILIARII,
ESIARUM MAGDEBURGEN-
ERGENSIS CATHEDRALIUM
S QUIDEM SENIORIS,
EMMERTINENSIS, FRIDEBURG.
NNICKENBECK &c.

AUGUSTI ANNI MDCCXXXIII.

PIE DEFUNCTI,
TIARVM SOLEMNIBVS
ANVARII ANNI MDCCXXXIII.

CRVM HOC,
D EST ACERBE LVGENS
POSVIT
TIANVS MULLER,
ITIANI MAGDEBURGENSIS RECTOR.

MAGDEVRGI,

LITERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI, TYPOGR. PRIVIL.

No 238

